BEDA VENERABILIS

Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh. Seite 179

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



ad ueniat regnum tuum. panem nr̄m cotidianū da nob
hodie. et dimitte nobis peccata nr̄a. siquidem et ipsi dimit
timus omni debenti nobis. et ne nos inducas in temptationē.

Apud euangelistam matheum. septem petitiones continere dominica uidetur oratio quarū
in trib: aeterna poscuntur. reliquis quattuor temporalia quae tam pr̄ aeterna consequenda sunt
necessaria. Nam qd dicimus sc̄ificetur nomen tuum. adueniat regnum tuum. fiat uolun
tas tua sicut in caelo et in terra. qd non absurde quidam intellexerint in spū et corpore
omnino sine fine retinenda sunt. et hic inchoantur quantūq: pficimus augentur in nobis.
pfecta uero qd in alia uita sperandum ē. semp possidebuntur. qd uero dicimus panem nr̄m cotidia
num da nobis hodie. et dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos dimittimus debitorib: nr̄is. et ne
nos inducas in temptationē sed libera nos a malo. Quis non uideat ad p̄sentis uitę indi
gentiā ptinere. In illa itaq: uita aeterna ubi nos semp speramus futuros. et nominis dī sc̄i
ficatio. et regnum eius et uoluntas eius in nr̄o spū et corpore pfecte atq: immortaliter pmanebunt.
panis uero cotidianus ideo dictus ē. quia hic ē necessarius quantus anime carniq: tribuendus ē
siue spiritalit̄ siue corporalit̄ siue utroq: intellegatur modo. hic ē. et iam quam poscimus et
remissio. ubi est omnis commissio peccatorum. hic temptationis quae nos ad peccandum
uel alliciunt uel inpellunt hic deniq: malum unde cupimus liberari. illic aut̄ nihil istorum
ē. Euangelista uero lucas in oratione dominica petitiones non septem sed quinq: conplexus ē.
Nec ab isto utiq: discrepauit. sed quomō ista septem sint intellegenda ipsa sua breuitate com
monuit. Nomen quippe dī sc̄ificatur in spū dī aut̄ regnum in carnis resurrectionem
uenturum ē. Ostendens ergo lucas tertiā petitionem duarum superiorum ēē. quodam
modo repetitionem magis eam p̄termittendo fecit intellegi. Deinde tres illas adiun
git de pane cotidiano de remissionem peccatorum de temptione uitanda. At uero qd
ille in ultimo posuit. sed libera nos a malo. Iste non posuit. ut intellegeremus ad illud
superius qd de temptatione dictum ē. ptinere. Ideo quippe ait. sed libera. non ait et
libera. tamquā unam petitionem ēē demonstrans. noli hoc sed hoc ut sciat unusquisq:
in eo se liberari a malo. quod non infertur in temptionem.

XLVI

Et ait ad illos quis ur̄m habebit amicum. et ibit ad illum me
dia noc te et dic et illi. amice commoda mihi tres panes.
qn̄m amicus meus uenit de uia ad me et non habeo qd ponā ante illū.

Rogatus a discipulo saluator non modo formā orationis sed instantiā frequentiaq: tra
dit orandi. Amicus ergo ad quem media nocte uenitur. ipse ds intellegitur cui in me
dia tribulatio supplicare. et tres panes id est intellegentiā trinitatis qua p̄sentis uitę
consolentur labores efflagitare debemus. Amicus qui uenit de uia ipse noster ē. ani
mus. qui toties a nobis recedit. quoties ad appetenda terrena et temporalia foris uagatur.

t. cxxiiii x sol.